



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Vita B. Gregorij Turonensis Archiescopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

M
DE S. GREGORIO EPISCOPO TVRONENSI.
VITA B. GREGORII TVRONENSIS ARCHIE-
PISCOPI, PER CLERICOS TVRONEN. DESCRIPTA.
Nos numerum capitum margini adiecimus.

419

P R O L O G V S.


Mnium quidem sanctorum iure memoria veneratur: sed eos pri-
mum fideles honorificant, qui vel doctrina, vel exemplo ceteris clari-
rius effulsere. Porro vnum de his beatum Gregorium Turonicæ
sedis Archiepiscopum fuisse, eumq; hac gemina dote resplenduisse,
non parua documenta produnt. Cuius nimirum gesta, vel par-
tim necessariò scribuntur, nè fama tanti viri quandoquè dubietatis
nebula fusaretur. Et quidem satis est ad cius gloriam, quod Chri-
stum, cui placere quasiuit, conscientia habet in excelso: sed tamen & hic nefas est,
illius laudes tacere, qui tot Sanctorum studuit laudes propalare. Quæ scilicet relatio
quantula erit, nec cius insignia, vt sunt, profert, quoniam plurimis, quæ opinione fe-
runtur, omilis, pauca quædam, quæ ex libris eius approbantur, attingimus. Quod si
quis ladaeo more signa requirens, sanctum quolibet signorum quantitate meti-
tur: quid de beata Deigenitrice, vel de precursore Iohanne censembit? Sanius itaque
discernat, quod in tremendo die multis, qui signa fecerunt, reprobatis, hi qui opera
iustitiae se dati sunt, ad dexteram superni iudicis soli colligentur. Non igitur præsu-
lem nostrum ob gestum miraculorum commendamus, quanvis & illa non omni-
modo deerunt: sed quod mitis & humilis corde Christum imitatus fuerit, demon-
stramus.

Sed hi tam
post excel-
sum è vita,
innumeris
corruſcarūt
miraculis.

V I T A.


REGORIVS Celticō Galliarum tractu fuit exortus, Nouēbr. 17.
Aruernicæ regionis indigena, patre Florentio, matre Ar-
mentaria procreatus: Et si quid diuinæ generositati ter-
rena conductit nobilitas, parentes eius cum rebus locu-
ples, tum quoquè natalibus fulserūt illustres. Sed quod
plerisque munis diuinæ seruitutis quadam peculiari de-
votione ita videbantur annexi, vt quisquis ex his religio-
nis non existeret, iure degener notaretur. Ad quod ad-
struendum, quiddam de propinquioribus inseramus. Ita-
que Gregorius quandam senator Leocadiam duxit vxo-
rem. Hec de stirpe Vetij Pagati descenderat, quem Euse-
bius in quinto historiarum libro Lugduni passum, ac inter reliquos tunc temporis
narrat gloriosus agonizatum. Quæ Leocadia peperit sanctum Gallum Aruernicæ
sedis Episcopum, atque Florentium huius pueri genitorem. De hoc autem Floren-
tio, sed & de Armentaria matre, de Petro quoquè fratre eius, necon & de vxore Iu-
stini foro eius, ac duabus neptibus, Heustena scilicet & Iustina, beatæ Radegundis
discipula, libri miraculorum talia referunt, per quæ fides illorum & merita, non ex-
iguimomenti fuisse dinofcantur. Hæc autem Aruernis, quæ puero genialis humus
fuit, vehementer olim caput extulerat, ita vt senatoribus velut vrbs Tarpeia præpol-
leret. Ab his Gregorij parentela profluxerat. Hæc senatores, hæc iudices, & quic-
quid de ordine primariorū dixerim, proferebat. Id sanè de parentibus dictum sit,
vt quia Dominus in generatione iusta est, ad laudem Gregorij proficit, quod ei sua Psal. 13.
progenies titulo sanctitatis columna videatur. Huius genus & patriam Fortunatus
commemorans, inquit:

Forte decus generis Turonicensis apex
Alpibus Aruernis veniens mons altior ipsi.

Ad matrem quoquè eius:
Felix his meritis sibi Machabæa, vel orbi,
Quæ septem palmas celo transmisit ab aluo.
Tu quoquè prole potens recte Armentaria felix,
Fætu clara tuo, geniti circundata fructu
Est tibi Gregorij palma, corona, nouus.

2. Mach. 7.

Ita

TRIUS

9 Dec
30 Dec

RVIII

5

Cap. 2.

Luc. 12.

Thren. 3.

Athebatur

descendit

teris puer

Gregorius.

Visio eius.

Sanat patre

suum.

Cap. 3.

Nicecius

Episcopus

Lugdunen.

Alia visio

pueri Gre-

gorij.

Tob. 1. II.

Iterum fa-

nat patrem

suum.

Luc. 1.

Cap. 4.

* Illidij

Ita nobili stirpe nobilissima proles emergens, vt rosa quædam stipite gratio, de-
cuss generositatis auctum in parentes refudit. Et quanvis iam mysterij maiestas in no-
minibus non queratur, tamen hic, vt rebus assertum est, Gregorius competenti pra-
fagio appellatur. Sic enim Gracchus vigilantem appellat. Hic denique non solum terri-
am vigiliam, sed quod maius est, secundam quoque, & quod rarissime videoas, obser-
uavit & primam. Et quia iugum Domini ab adolescentia portauit, sedebit solus (vt
ait Ieremias) vel certè prope Martinum. Ut autem ætatuæ robur admisit, litera-
rum studijs mancipatur: in quibus equidem studijs primitus sub Gallo Episcopo, suo
videlicet patruo, fons illius teneritudo coaluit. Cum ergo iam in discendis nota-
rum characteribus ageretur, hunc diuina dispositio virtutum auspicijs initiauit, fan-
tamque eius infantiam signorum ostensione nobilitauit. Nam pater eius nimia va-
letudine comprehensus, lectulo decubabat: intimus ossibus ardor furere, podag-
rus humor foris intumeescere, vapor aridus ora perurgere coepit, cum quidam puer
per visionem apparet diceret. Legisti librum Iesu Naue? Cui ille, Nihil, inquit, aliud
literarum attendo, prater notas, quarum nunc exercitio constrictus affligor. Nam
hic liber si sit, prorsus ignoro. E ille, Vade, inquit, fac hastulam ex ligno, quæ possit
hoc recipere nomen, scriptumque ex atramento, sub paterni capituli fulcro colloca-
bis: quod si feceris, erit ei præsidium. Manè factò, matri, quæ viderat, indicauit. Senie-
rat nimirùm sancti puer ingenij, non suo, sed matris, iudicio rem esse gerendam. Tum
sancte illa iuber visionem implere: factum est, & pater de momento conualuit. Quid fa-
nè rationabilius, quam nomen Iesu, vel lignum ad reparandam sospitatem con-
grueret?

Parentes eius ut reverè nobiles erant, & in Burgundia diffusi lati fundi possessores.
Sanctus verò Nicetius, vir totius religionis, qui Lugdunensi prerat ciuitati, cum pre-
dicti parentes eum vicinarentur, puerum Gregorium acciri iussit. Quem sanctus vit-
coram positum aliquantis per contemplatus, & nescio quid diuinum in eo commen-
tatus, iussit hunc ad se (iacebat enim in lecho) leuari: ac velut paradisi colonus, con-
ciuem sibi futurum præfigiens, vlnis ad strictum cecepit confouere, cum quidem (quod
reticendum non est) ita collobo se totum contexit, vt nec summis digitis puer
contingeret. Hoc sanè castitatis exemplum idem puer adultus auditoribus suis fre-
quentier inculcabat, ex hac perfecti hominis cautela suadens eos colligere, quantum
fragiles quique, lepores debeat ac tactus vitare. Benedixit ergo puerum, & impre-
catus illi prospera, suis remisit eum. Biennio verò post miraculum, quod dixeramus,
ferme exacto, iam memoratus Florentius rediuius dolore captatus est: acceditur
febris, intumescunt pedes, dolor pessimus pedes intorquet. Perendinata pefis ho-
minem contruerat, iam penè conclamatus iacebat. Intererat puer vidit iterum in so-
mino personam, se, Vtrum ne librum Tobiae cognitum haberet, interrogantem.
Respondit, Nequaquam. Qui ait: Noveris hunc fuisse eum, atque per filium ex i-
core pisces, Angelo comitante, curatum. Tu ergo fac similiter, & salubriter genitor
tuus. Hæc ille matri retulit: quæ confessim pueros ad annem direxit: pisces capitur:
quæ de extis iussa fuerant prunis imponuntur. Non fecellit virum euentus: vt eni-
primò fumus odoris in naribus patris restauit, protinus omnis ille tumor dolorque
discessit. Si magnū est, os Zachariae Iohannis merito fuisse reseratum, nec modicum
vtique est, Florentium non semel, sed bis, per filium esse curatum. Senlerant ex hoc
ijdem parentes, quod dextro pede potissimum foret innexus, nec ignorare poterant,
qui illum diuina dispositio dexteroribus officiis aptauisset. Quem tamen non con-
tinuò totonderunt, ipsius (vt reor) assensum in suscipiendo clericatu postulantes. Li-
terarum tamen studijs instantiū applicatur.

Adhuc itaque laicus tam sensu quam corpore adolescenterat, cum subito nimia febi-
um ac stomachi pituita comprehensus, cecepit grauiter agrotare, languor per dies in-
grauescere, medicinalis industria nihil proficere. Quem patruo Gallus frequenter
visitabat: genitrix verò, vt mater, cum lamentis assiduabat. Sed cum iam de huma-
no auxilio desperaretur, calitus adolescenti suggestum est, quod se ad diuinum con-
ferret. Rogat igitur, vt ad sepulcrum sancti * Elidij (erat enim iuxta) portari debebet
sed ei parum profuit, quia tunc differebatur, quod per illud incommodum quare-
batur. Domi reportatus, ita cecepit post paululum tormentari, vt putaretur ad ex-
tum vrgeri. Vexatio tandem fecit causam intelligi. Consolatur eos, qui flebant,
dicens: Ad sepulcrum beati Elidij me semel adhuc deferre: fides mea est, quod
illuc

DE S. GREGORIO EPISCOPO TURONENSI.

421

ille & mihi sanitatem, & vobis mox præstabit lætitiam. Tunc verò illic deportatus, Nota prisco
vocequa poterat orationem fudit, spondens, quia si ab hoc contagio liberaretur, cle- rum fidem
reicatus habitum suscipere nec prorsus moraretur. Dixerat, & sensit protinus discede- de sancto
re febrem: & à naribus eius copia sanguinis desflente, sic omnis illa valetudo dispa- rum virtu-
runt, ac si legatus quidam re, pro qua venerat, obtenta, discedere festinaret. Ità co- te & ope.
mam deposituit, & se diuinis obsequijs ex toto mancipauit. Fit clericus
Cap. 5. tōs capite.

Cum ergò sanctus Gallus ad emeritam beatæ vite coronam vocaretur, vir Do- Quærehāe
mini Auitus adolescentem suscepit: qui cùm eius ingenium, morumque habitu- Tomo 4.
dinem explorasset, magistrorum diligentiam adhibuit, & quanta vel ipsius indu- 7. Iulij: sed
stria, vel eorum sedulitas velocitate poterat, ad arcem sapientiae prouexit. Hæc in vi- exercuit, ut virâque nimietate careret, nec poëtarum nenia ex toto horret, nec iub Illidij
(ut plerique mos est) his indecentiis hærens, earum lenocinio mente ancillareatur, nomine.
Fecit enim quod suffecit. Aciem cordis velut ad quandam cotem exacuit, & ita
quasi ab Aegyptijs vasa aurea promutuans, & ad eremum, qua manna comedetur,
demigrans, in perscrutandis diuinariis scripturarum potentatiis intravit. Quod
ipse de loquens ostendit, dicens: Non ego Saturni fugam, non Iunonis iram, non
louis stupra commemoro, & cætera monstra, que illi sequutus annēgit, usque dum
diceret: Hec omnia tanquam citro ruitura despiciens, ad diuinam potius & Euangelica
miracula reuertar: Non enim vinciri cupio meis retibus, vel inuolui: in quo se ostendit
scilicet hæc quidem, sed saniori iudicio respuisse. Tempore præstituto Diaconus or-
dinarius est.

Ea tempestate erat quidam vir Aruernicus, qui lignum de sacro sancto beati Mar- Cap. 6.
tinis sepulcro detulerat. Sed cum ligni reverentiam incautus negligeret, omnis eius
familia graveriter ægrotare cœpit. Cum subinde languor ingrauesceret, & ille cauſam
percussionis ignorans, minus se emendaret, vidit in somno personam terribilem, cur
secum irâ ageretur, percontantem. Qui cùm se nescire diceret, Lignum, inquit, quod
de lectulo domini Martini tulisti, negligenter hic rerinens, dannum incurristi. Sed
vade nunc, defer illud Gregorio diacono. Dignus iam (vt reor) idem Leuita figura-
batur, cui dominus iste Martinus preciosia quæque sui gregis esset commendatus.
Tunc temporis apud Aruernum plerique in habitu religionis viri fulgebant, quos
idem iuuenis nunc cum beato Auito, nunc semotim inuisebat, quatenus vel ab eis
exempla pietatis assumeret, vel ipsis, quod forte deerat, mutua charitate præfaret. Libéter in-
Nimirum in his Christum colebat, & velut solis iubar in vertice montium refulgens,
in his interim, dum in leipo videri non posset, Christum respiciebat: ad hoc animum
intendens, vt ad laudem Christi proferret, quicquid per eos, vel etiam per illos, qui
iam celo præcesserant, operari dignabatur. Sanè inter cæteros, in quibus ut diximus,
Christus velut in montibus reflendebat, dominum gloriosum Martinum depræ- Praeclarus S.
headerat, qui reliquias velut quidam Olympus excedit, & luculentius, vtpotè & ter- Martini
rare vicinior fulgor, ipsa astra reuerberat: in cuius vtique veneratione totus orbis me- laus.
ritio iam olim coniurat, in huius desiderio Gregorius ex asse inferbuit. Hunc semper
in corde, hunc in ore gerens, laudem eius ubique spargebat. Dum verò mentis ani-
mum in exercito virtutum defigeret, caro eius à proprijs viribus labascebatur. Ità
quippem est. Hinc est, quod Daniel postquam Angelica visionis contemplatione Dan. 8.
leuatus est, à carnis virtute deficiens, per multos dies ægrotauit.

Hic itaque virtutibus proficiens, sed viribus corporis intabescens, aliquando va- Cap. 7.
litudinem cum febre & pustulis incurrerat. Quatandem ita confectus est, vt vsu ci-
biporusque negato, huius vitæ spem amiserit. Vnum tamen supererat, quod eius fi- Ad sepulcrū
duia Martino innixa, nullatenus vacillabat: quin immò feruentius flagrans, tan- S. Martini
to eiusdem Martini desiderio succensus est, vt cùm mors penè caput illi miceret, ad
visendum tamen eius sepulcrum, iter arripare non dubitauerit. Nec eum sui dehorta- lanatus est
ti possent cum obnoxie resistirent: quia coporis illa febris, febre vincebarur amoris. Gregorius.
Et quidem aīis duabus vel tribus mansionibus, itineris occasione itidem languor
inuuluit. Sed nec tunc omnino cogi potuit, quin ad propositam Martini fidutiam
felinitate, nomine diuina maiestatis dehortatores obtestans, vt vel viuum, vel forte
defundum se, ante eius sepulcrum exponerent. Quid plura? Peruenit vt cunque: Aī sepulcrū
probata fides, perfecta salutis compos effecta est. Et non solū ille, sed & Armenta- S. Martini
rius quidam ex eius clericis, qui sensu penitus carerat, merito prædictæ fidei sanatus Gregorius.

Nn cft.

TRIUS

9b
30b
R VIII

est. Agens itaque tam pro se, quam pro illo gratias, amore Martini exatius, vel potius magis succensus, ad patriam redit.

Cap. 8.

Nora hæc
defacris re-
liquijs.

Aliquando verò cùm iter de Burgundia ad Aruerniam ageret, magna contra se tempesta exoritur, densus aer in nubibus cogitur: crebris ignibus celum micare, validisque tonitruorum cœpit fragoribus resonare. Omnes pallefere, immensisque periculum pavitare. Sed Gregorius amicus sanctorum, reliquias (has enim indesinenter collo serebat) de sinu protrahit, & minacibus constanter nubibus opponit. Quæ protinus diuisæ, dextra lœuque prætereunt, illæsum iter gradientibus præbuerunt. At superbia, quæ plerunque virtutibus nutritur, iuuenili animo protinus irrepit: priuatim gaudet, suisque meritis præstatum arrogat. Sed quid tam vicium superbiae, quam casus? Nam equus, cui insederat, illicè lapsus, hunc ad terrâ graviter elisit, ita ut omni corpore contusus, vix assurgere posset: caufamque intelligens, sat is deinceps cauit, ne se vanæ gloria stimulat, qualibet sub occasione dejiceret: sed quoties per eum aliquid diuina virtus egisset, non suis meritis adscriberet, sed virtutis reliquiarum, quas (vt diximus) perinde ferbat. Quod factum si disculferis, mirabilis est superbiam correxisse, quam nubem diuisisse. Erat autem in orationibus afflatus, præsertim quietis horis. Solennitas beatæ Mariæ Virginis aduenerat. Siquidem apud Aruernum in villa Marciacensi eius reliquia continentur. Tunc forte Gregorius intererat: qui, ceteris alto sopore depresso, ad secretam orationem suo more processit, conspicatusque eminens, videt oratorium ingenti claritate fulgere. Credit igitur aliquos deuotorum iam ad celebrandas vigilias processisse. Vtione tamen luminis attotonis, illò prætendit, cuncta silentio data deprehendit. Ad aëdificium transmisit, sed interim ostium sponte referatur. Ille ad Angelicas excubias reuenerat ingressus, diuinam visitationem illico agnouit. Claritas, quam aforis mirabatur protinus discellit, nihilque per virtutem gloriose Virginis videre potuit.

Cap. 9.
S. Eupho-
nii Episco-
pus Turo-
nensis.

Anno centesimo septuagesimo secundo post transitum domini Martini, Siegereto rege anno duodecimo regnante, beatus Euphronius, qui inter virtutes confitentes, tanta gratia donatus est, ut ei prophetæ spiritus inesse visus sit: appositus est ad patres suos: tempusque aduenerat, vt Gregorius amore beati Martini dudum flagrans, & ad pastoralis officij ministerium idoneus Episcopus, cathedram eius vice sua regendam suscipere debuisse. Cùm igitur beatus Euphronius obiisset, Turonicis de eius successore tractaturi conueniunt. Sed facili discrimine sussum est cunctis, Gregorium in electione præferendum. Personam in loco frequentissimam iam olim sciebant, pluraque eius gesta viro digna conuenerant. Tunc verò cunctis in confona voce coœuntibus, cerneret Deo fauente causam prosperari. Nam clericorum turba, nobilibus viris conferta, plebsque rustica simul & urbana, pari sententia clamant, Gregorium decernendum, cùm claris meritis, tum quoque nobilitate pollutem, sapientia præcipuum, generositate primum, principibus notum, ac sua probitate reuerendum, omnibusque officijs habilem. Legatio ad regem dirigitur, cùm quidem Deo disp̄sante, Gregorius coram reperitur. De hacigit causa conuentus, quanta humilitate se excusare tentauit, quibus modis subducere visus est? Sed quia velle Dei est hinc, cetera flectuntur. Hunc rex autoritate cogit, hunc Brunichildis regina perverget. Sed quoniama discreta humilitas obedientiā non recusat, tandem aliquando ascensus est. Quem, vt credo, nè qualibet occasione delatus profugeret, statim Aegidius Rhemensis Archiepiscopus ordinavit, vt Fortunatus Poëta scribens, ait:

Martino proprium mitrit Iulianus alumnum,

Et fratri præbet, quod sibi dulce fuit:

Quem patris Aegidij Domino manus alma sacrauit,

Vt populum recreet, quem Radegundis amet.

Huic Segebertus ouans fauet, & Brunichildis honori.

Cap. 10.
Turonensis
creature Epis-
copus.

Sedes itaque Turonica octauo decimo die, postquam Euphronium amiserat, Gregorium suscepit. Turonensis verò nouo pastori triumphanter exilientibus, hoc prædictus Poëta panegyricum Carmen proudit:

Plaudite nunc populi Turoni, vota tenentes,

Præsulis aduentu spes gregis ecce venit.

Hoc puer exultet, hoc curua senectus,

Hoc commune bonum prædicet omnis homo.

Et cetera, quibus hunc & à Turonensis desideratum, & ad cathedralm legaliter in-

gressum

DE S. GREGORIO EPISCOPO TURONENSI.

423

gressum ostendit. Adeptus ergo præsulatum, qualis vel quantus fuerit, ut compendiosè dicatur, & plures ecclesiæ, quas nouiter construxit, vel quarum sartatecta restaurauit, insinuant, & libri in laudem Sanctorum, vel in expositione sanctorum scripturarum editi, quam primum demonstrant. Matrem namque Ecclesiam, quam dominus Martinus construxerat, nimia vetustate confectam, arcuato schemate reparauit, atque historias parietibus per eiusdem Martini gesta decorauit. Quod Medicorum
tricoros noster non tacuit, dicens inter cetera:

Fortunatus dicunt.

Martini auxilijs operando Gregorius ædem

Reddidit iste nouus, quo fuit ille verus.

Et item:

Fundamenta igitur reparans hæc præsca sacerdos,

Exultit egregius, quam nituere prius.

Sed plures alias (vt diximus) construxit, sicut in ipsius Chronicis reperitur, vt est Cap. II. Ecclesia sancte Crucis, vel in Arensi villa. In construendis vero spiritualibus templis, Ecclesia S. Crucis. videlicet in custodia gregis, quam certatim se impenderit, vel ex hoc animaduertitur, quod nec ab ipsis quidem sanctis viris studium suæ prædicationis * constituit. for* absti- Nam, vt de his taceatur, quorum, vt ait Apostolus, peccata manifesta sunt, de quibus nuit. 1. Tim. 5. superfluo quicquam diceremus, ad ostendendum quantoperè circa perfectiores sollicitus existit, duo saltæ eorum, quos ob sanctitatis insignia vix præter Gregorium aliquis arguere præsumeret, ad medium deducantur. Haud longè enim post eius In quibusdam ordinacionem sanctus Senoch Abbas de cella egredius, ad eum salutadum profectus sanctis viris aduerit & est. Quem sanctus vir magna reverentia suscepit, mutuoque colloquio sensim ex corrigit vi- ploratum, peste superbia mox persens infectum. Sed gratia, quæ in discernendis tia quedam. spiritibus huic suppeditabat, illum ab eadem superbia penitus expurgavit. Nec dissimili virtute circa beatum quoque Leobardum extitit sollicitus: quem nequam spiritus ita sinistris cogitationibus agitabat, vt propter quandam verborum contumeliam, qua se dudum recluserat, migrare decreuisset. Sed nec iste potuit incurtere casum, qui Gregorium meruit habere subleuatem. Nam cum solito ad maius monasterium, quasi sacra Martini vestigia deoseulaturus adiret, sollicitus pastor qualiter quis amore Christi vinculata se gereret, ad eius tuturum diuertit. Cui mox ille secreta cordis, qua diabolus quasi rationabilia confinxerat, eidem reseruauit. Qui protinus, sagacissimo vt erat ingenio, diaboli commenta depræhendit, & non minimo dolore suppirans, increpare hominem coepit, ac diabolicam calliditatem verbis competentibus denudauit, domumque reuersus, libros ad propositum monachorum ei congruos pia sollicitudine transmisit. Quibus relectis, non solum ab illa, quam patiebatur, incusione curatus est, sed etiam in sensu acumine multum proiectus. Nihil ergo nunc magnificenter queras, nihil in laude Gregoriana præstantius expectes. Si anima corpore melior, satius esse quenquam in ea suscipitari, nec quiquam mendax negare potest. Vox autem eius quam imperiosa fuerit, vel ea quæ dicebat auctoriosa vita subditis inculcaverit, diligens lector in ipsius libris explorabit. Verum (vt supra reuelimus) incommodo corporis frequenter ob iniuriam carnis fatigabatur: sed En vt tatus quoties corpusculum, nimio virtutum exercitio fatigatum, languor inlementius vir sapè cō- feclō corpo pullauerit, ille ad Martinum suum decurrens, concite sanabatur. Hoc sapissimè fiebat. Quando autem & qualiter, in descriptione miraculorum ita dirigitur, vt meritò ni intercessione sanationis est.

Contigit aliquando, vt solita beati Martini virtute ab unius temporis dolore sanatur: cui post paululum cogitatio per insidiatorem subiit iniecta, quod pulsus ille venarum, sanguinis possit minutiæ sedari. Dunt id apud se volueret, amborum temporum venæ profluent. Renouatus dolor vndantiū irrumpit, sed ille concitus ad basilicam properat. Veniam prius pro cogitatione precatur: dehinc palam sancti Tactu sepulcri capita attigit, & illico sanus abscessit. Multa (fateor) in laudibus diuersorum cri ei⁹ illico iam ingeferat: sed quanvis amore Martini vehementius inferueret, ad ea ramen, que de eius miraculis scribenda erant, se nullatenus dignum iudicabat, donec bis & ter per soporem admonitus, si taceret, crimen incurtere minaretur. Denique oratorium sancti Stephani, quod in suburbio est, iusterat prolongare, & altare, vt erat integrum, in anteā promoueri: sed quia nihil de pignoribus ibidem reperit, vnum ex

Nn 2 Abba-

Miraculum. Abbatibus, ut eiusdem martyris reliquias exhiberet; ad Episcopum, clauem tamen oblitus, direxit: qui capsam obseratam reperiens, quid faceret, dubitabat: si ad Episcopum pro clave rediret, morosum erat: si capsam exhibueret, ob multorum ignorata sanctorum, quae ibi continebantur, molestum ei esse sciebat. Cum igitur apud febres esset, ut diuina gratia cooperatricem se Gregorio testaretur, capsam ex illestitibus repagulis adspicit referatam. Tunc gratias agens, reliquias non sine admiratione multorum Gregorio detulit: qui reuersus, capsam, ut reliquerat, obseratam inuenit.

Cap. 13.
S. Gregorius
inuita facit
miracula,
sed ex san-
ctis adseri-
bit.

Notahæc.

Vide mira-
culum.

Cap. 14.

Oferuia
humilitate.

Cap. 15.

En quanta
virtus san-
ctorum.

Cap. 16.

Inuidia ma-
ligni dgo-
nis.

Inuocatus
S. Martinus
finat con-
tractum.

Abbatibus, ut eiusdem martyris reliquias exhiberet; ad Episcopum, clauem tamen oblitus, direxit: qui capsam obseratam reperiens, quid faceret, dubitabat: si ad Episcopum pro clave rediret, morosum erat: si capsam exhibueret, ob multorum ignorata sanctorum, quae ibi continebantur, molestum ei esse sciebat. Cum igitur apud febres esset, ut diuina gratia cooperatricem se Gregorio testaretur, capsam ex illestitibus repagulis adspicit referatam. Tunc gratias agens, reliquias non sine admiratione multorum Gregorio detulit: qui reuersus, capsam, ut reliquerat, obseratam inuenit.

Miraculum. Multa quidem Gregorius, quae insequi longum est, in salute languentium operatur, quæ tamen sub obtentu sanctorum, quorum reliquias perinde cerebat, à suis meritis excludere nitebatur: cum quidem hæc tanto verius per ipsum siebant, quanto ipse humilius alijs tribuebat, ut est illud: Cum aliquando per viam graderetur, & Crucem auream cum reliquijs beatæ Mariae semper Virginis, vel beati Martini, collo gestaret, procùl à via cuiusdam pauperis hospitium incendio conspicit concremari. Erat autem (ut est in vñibus pauperum) folijs atque surculorum cremisijs, ignium videlicet fomentis, coniectum. Hac illa que misera cum vxore & liberis cursitare & fire, pere, aquam aduichere. Sed iam flammæ prævaluerant, nec poterant mitigari. Tunc vero Gregorius accurrit, & contraflammarij globos Crucem eleuauit: moxque in adipestū sanctarum reliquiarum ita torus ignis obstuپuit, ut nec ea, que iam apprehenderat, ultra vel ad modicum vñstulare possit.

Causa fuerat, qua Rhemense oppidum adire debuerat. Cumque ab Aegidio pontifice humanitus suscepit, ibidem noctu quieuit. In crastinum vero illuciente Dominica, ad ecclesiam, Episcopo colloquuturus, venit. Cum autem eius aduentum in secretario prestatolaretur, (noblet enim in ecclesia loqui) Sigo ferendarius quondam Sigeberti, ad eum accedit. Quem ille osculatum federe iuxta se fecit. Dum aliquantipér secum sermocinarentur, & ille de ore Gregorij pendrébat, subito auris eius, quæ pridem obsurduerat, cum quodam crepitu referata est. Ille gratias coepit agere, & quid ei per Gregorium præstituni sit, manifestare. Sed vir Domini, consueta non immemor humilitatis, hominem ab hac astimatione subducere, nolens: Noli, ait, dulcissime fili, mihi aliquid gratiarum referre, sed beato Martino, per cuius reliquias, licet indignus, quas defero, tibi auditus restitutus est, surditas depulsa.

Virtus nanque charitatis in illo præminet, ut sequenti patebit exemplo. Quodam enim tempore factum est, ut ad venerabilem matrem suam in Burgundia properaret. In sylvis vero abiegnis, quæ trans Verberim fluuium sitæ sunt, latrones incurrunt, qui tanto impetu super comitatum eius irruere visi sunt, ut non modo expoliare, sed & occidere velle putarentur. Quorum assultu Gregorius terri non potuit, qui præsidio Martini circumspectus incedebat. Cuius mox auxilium flagitans, ita libi adeste expertus est, ut latrones velocius quam emergerent, fugam inirent. At Gregorius vñus consueta pietate, nec in perturbatione turbatus, fugientes reuocat ad cibum, & ad potum inimicos inuitat. Sed crederes eos fatibis agi, & iniuitos equos contra possibilitatem calcari bus vrgere, ut nec reuocantem audire possint. Ita Gregorius supernis auribus ostensus est vicinus, & operibus charitatis intentus.

Fides & deuotio populi validè per Gregorium succerescet. At malignus hostis non modico dolore torquebatur. Vnde factum est, ut vim sua malignitatis ferre non sustinens, vel pastoris, vel gregis fiditiam apertis vocibus dementare conaretur. Ipsa nanque Natalis Domini die, cum Gregorius pontificale festum in principali basilica, sicut mos est, solenniter celebrare procederet, quidam ex energumenis atrocior ceteris, coepit nimium debacchari: & sequentibus, vel obuiantibus turbis, quæ Gregorium sepserant, se obuium ingerens: Frustrâ, inquit, Martini limina petitis, calso eius adem aditum, qui vos propter multa crimina dereliquerit. Ecce vos abhorrens, Rome mirabilia facit. Haec & alia plura cunctis, ut erant constipati, populis verba diabolus insibilat. Ad quam vocem non solum rusticorum corda exturbantur, sed & cleris, quin & ipse Gregorius pauore concutitur. Ingredientes autem cum sicut magno basilicam, omnes paumento prosternuntur, orantes, ut sancti viri præstantiam mererentur. Quidā vero, cui ante tres annos ambe manus cum uno pede contractæ erant, ante sanctum altare cum reliquis prostratus, beati Martini auxilium postulat: qui subito nimia febre circumdatu\$, tanquam in eculeo torquebatur extensus.

Inter

Inter haec sancta solennia gerebantur. Cumque sanctus pontifex fletibus insistens, beati Martini praestolaret aduentum, diuino mysterio palla iam ex more cooperato languidus ad plenum restituitur sanitati. Quarè Gregorius admodum gaesus, omnipotenti Deo gratias agit, oculosque lachrymarum imbre suffusus, in hac ad populum voce prorumpit: Timor à cordibus vestris, fratres, abfcedat, quia nobilissimum beatus confessor inhabitat: nec omnino credite diabolo, qui ab initio mendax est, *Ioan. 8.* & in veritate non stetit. Cum haec & alia verba consolatoria adstantibus inferret, omnium lucutus laxantur in gaudium, multoq; alacriores, quam venerant, ad sua per Martinum atque Gregorium redierunt.

Quia vero Natali Domini mentionem fecimus, quid aliquando in hac die ponti. *Cap. 17.*

fici nostro contigerit, memoremus. Nam in sacro lanctu huius Natalis nocte pridiensis vigilijs fatigatus, cum paululum se cubito collocaret, vir quidam ad eum concitus venit, dicens: Surge, reuertere ad ecclesiam. Ille expergescitus, signum Crucis fibimetus imprimens, iterum obdormiuit. Nec desstitut vir ille, quin hominem secundum moneret. Sed cum excitus grauem se adhuc sentiret, rursus obdormiuit. Tum vero ille vir terio veniens, maxilla eius alapam impressit, dicens: En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & tam diu sopore deprimeris? Quia Gregorius voce percussus, pericli velociter ad ecclesiam est regressus. Adeò supernisi oculis gratus extitit, ut nechumanitate cogente, negligientiam pati permisus sit sua salutis. Vism est hoc inserere lectioni, qualiter eum Deus arguere voluerit, nè vel aliorum leuitate peccaret. Nam cum hunc à desperato languore beatus Martinus ita sanaret, ut ad ecclesiam in crastino properaret, nè se in solennijs Missarum fatigaret, vni presbyterorum huc celebrare praecepit. Sed cum presbyter nescio quid rusticè festina verba depremeret, noonnulli de circumstantibus eum irridere coepérunt, dicentes, melius fuisse tacere, quam sic inculcè loqui. Nocte autem insequa vidit virum dicentem sibi, de mysterijs Dei nequam disputationem. Satis dehinc apud eum constitit, nè stultos & faciles ante se permitteret de beatis solennijs obtestantes.

Sæpius autem vir Domini, sicut verus & gregis & suum consutor, vel subdito. *Cap. 18.* ruanu militare, vel propriæ salutis causa longius procedebat. Aliquando igitur sepulcrum beati Hilarij supplicatoris adiuit, cum ad visendam quoquè sanctam Radegundem reginam diuerteret. Factum est autem, cum hi duo tanquam incolæ paradisi secum de celestib; fabularentur, oleum quod ante pignora sanctæ Crucis guttatum illi defluere solebat, scilicet aduentu Pontificis auctum est, ut infra viius horæ spatiū virtutum sextarium exundaret. Porro cum haec beata regina ad regem esset accersenda calorum, vir Domini Gregorius de eius transitu nuncipit. Cumque illam eo occurrente migrasset, sancta eius membra sepulture locauit. Quo quidem tempore altare soleniter benedixit: operculum tamen Episcopo, qui tunc forte debeat, referuant.

Caula fuerat, qua Germanum fluuium iuxta Blauense castrum transmeare debuerit. Sed idem fluuius ita tunc intumuerat, vt intruentibus non paruum horrorem incuteret. Non longè autem sanctus Romanus presbyter requiescit, quem nosser, ut vita eius perhibet, Martinus tumulauit. Cum igitur hinc procella ventorum, illinc montes vndarum ingens periculum nauigatu minarentur, oculos ad cælum engens, & ad ecclesiam prædicti Romani subinde respiciens, adeò omne pelagus mox complauit, vt compressis fragoribus, in ripam alteram sine periculo vehetur.

Sedecim annos hic in Episcopatu exegerat, cum æquiuocus eius ille Magnus Gregorius in sede Apostolica subrogatur. Siquidem opinata res est, quod dudum alter alteri peculiari sit amicitia deuinctus. Nec immerito tamen hunc Fortunatus Gregorio comparat Nazianzeno, tanquam ille datus sit Orienti, Romensis Meridici, at hic noster Occidenti. Cum igitur sacra Apostolorum limina expresset, magna cum reverentia sanctus cum Papa exceptit. Quem ad beati Petri confessionem introducens, à latere constitut, præstolans quod assureret. Interim autem (vt erat ingenuo profundissimum) secretam Dei dispensationem admirans, considerabat in humido hominem (erat enim statuta breuis) tantam gratiam cælitus profluxisse. Quod ille mox diuinis persentiens, & ab oratione surgens, placidoque, vt erat, vultu ad Papam respiciens: Dominus, inquit, fecit nos, & non ipsi nos: idem in paruis, qui in magnis. Cumque id suæ cogitationi sanctus Papa responderi cognosce-

*Vigilia Nas
tali Domini*

TRIUS

9 be
90 be

RVIII

5

*Nota rem
stupendam.*

*Sedantur
fluctus flu-
minis.*

*Cap. 19.
S. Gregorii
Papa.*

*Ir Româ &
a Papa hu-
manissime
excipitur.*

Auream c. 2
thediā dar
eis fandissi-
mus Papa.

Cap. 21.

ret, ipsa sua deprehensione gauisus, gratiam, quam habetens in Gregorio mira-
tur, in magna veneratione deinceps habere coepit: sedemque Turonicam ita nobil-
lauit, ut auream ei cathedralm donaret, quæ apud præfatam urbem in posterum ser-
uaretur.

Iam vero beatus Martinus hunc alumnū suum magnificans, vñquequamē ei se
proprietū multis modis demonstrauerat. Sed cum operibus eius cooperatorem quo-
quē ostenderet, aliquando præfentia suam, licet inuisibili suo quo videri solet splen-
dore, manifestauit. Nam oratorium ex promptuario prædecessoris sui apud Turo-
num consecratus, reliquias sancti Saturnini martyris, ac domini Martini à basilica
suecebras, cum ingenti veneratione defereret, erat enim sacerdotum ac Leuitarum
in albis vestibus non minimus chorus, & ciuium honoratorum ordo præclarus, sed

**Observa de
cereis &
Crucibus.**

& populi secundi ordinis magnus conuentus) radiantibus solenniter cereis, Crucis
bus in altum sublati. Cum ita veniret ad ostium, terribilis fulgor cellulam subito
perfundens, omnium oculos nimio perstrinxit splendore: qui diutius durans, hac-
laque sicut fulgor discurrebat. Omnes nimio paurore perculsi, solo iacebant. At
Gregorius ut tanta virtutis conscius, constanter eos exhortans: Nolite, inquit, time-
re: rememorami qualiter globus ignis de capite beati Martini egressus, calum vi-
sus est confundisse, & ob id nos cum his sancti reliquijs ipsum credite visitasse. Tunc
vniuersi magnificauerunt Deum, & senior cum elec̄tis dicebat: Benedictus qui venit
in nomine Domini: Deus Dominus & illuxit nobis.

Psal. 117.

Cap. 22.

Pauca haec de nostro presule dicta sint, non ut miracula eius, quæ reprobis dari so-
lent, commendemus, sed ut nec hanc quidem gratiam illi defuisse monstremus. Ca-
terum ad eius gloriam commendandam illud sufficiat, quod humili corde Christum
sequutus est, & quod non sperauit in pecunia thesauris, (Hoc vñquē est, mirabilis-
cissime) & ut partim superius monstratur, à peccatorum est laqueo custoditus. Super
omnem quippē gloriam, est à peccatis protec̄tio. Vigesimo & primo igitur Episo-

**Sanct⁹ Gre-
gorius ex-
cedit ē vita;**

pati⁹ sui anno, tanquam septenario annorum numero tēr in fide sanctæ Trinitati
completo, appositus est ad patres suos, non tam dierum, quia fermè tricennalis ordi-
natus est, quām perfectione plenus. Qui tamen non vñquequamē videtur clausi
in tumulo, cui restat, ut vel lingua viuat in muudo. Et quia, sicut credimus, beato
Martino in calo est sociatus, sancto etiam corpore est illi in sepulcro vicinus. Porro
Turonicenses, nē diuinis muneribus videantur ingrati, semper necesse est ut retrah-
ant, quantoper sint à Deo suffulti. Datus nanque est eis patronus, non qualiscun-
que, sed Martinus, de cuius laude quid primum vel speciale dicatur, cūn, vt scriptum

est, cius minima, aliorum maximis maiora esse manifestum sit? tam enī quanti haben-
dus sit, testantur vniuersi, ut ita dicam, mundi nationes, quæ illum ita priuato affectu
diligunt, ut etiam in nostro tempore, quando nimium iam charitas refrigerescit, mul-
tos tam gente, quām lingua ignotos, ad eius sanctissimum tumulum confluere vide-
mus, ut merito de eodem Martino dicatur: Cuius vultum desiderat vniuersa terra.
Quorum vñquē studia nostram, qui vicini sumus, inertiam iurē vehementer redi-
guunt: non tamen sine diuino moderamine constat, quod eius amor ita omnium

cor penetravit, quod eius memoria, velut alterius Iosia, tam dulcis est omnibus, &
quod per omnes fines terræ ita iam patuit, ut quod Christus habet nomen, Martinus
honorem. Datus est eis & Gregorius, vir non solum sanctitate, sed & doctrina clara-
rus, nē vrbs Turonica obscurior videretur, si scriptorum officio caruisset: quin poti-
us sicut vrbs Romulea post Apostolos illustratur in altero Gregorio, ita vrbs Turoni-
ca post Martinum decoratur in isto. Quem videlicet, vel apud Deum, vel apud Mar-
tinum aduocatum quandam atque sequestrem habere confidamus, ei que nostra
necessitates ad expediendum committamus. Verum ille non erit immemor vel su-
per Martini misericordiæ, quam nobis tantoper insinuare curauit: quippe qui ad
hunc insinuandum eius miracula digessit, ut quique futuri audientes quanta & qua-
lia visibiliter operetur, quām desperatos languores sanet, de potentia vel de paten-
tia eius nullatenus dubitet. Et si pro dispensatione temporum contigerit corpore
miracula cessare, semper tamen credamus illum in nostris animabus suæ virtutis
medicinam operari. Gregorius igitur Martini misericordiæ conscius, semper illi de-
grege suo suggerat, semper illum pro statu sancti loci sui, ac pro totius regni salute in-
terpellet.

**Vrbs Tu-
ronica S. Gre-
gorij doctri-
na nobilita-
tur & vite
sanctitatem.**

Cap. 23.

Nec prætereundum, quomodo consuetam sibi humilitatem, etiam in ipsa sepultura

DE S. HVGONE EPISCOPO LINCOLNIENSI.

427

sta seruauerit. Nam in talis loco se sepeliri fecit, ubi semper omnium pedibus concul-
eretur, & ipsa loci necessitas cogere, ne vñquam in aliqua reuerentia haberri posset.
Sed gressus beati Martini talia non ferens, amicūm Domini sui de loco leuauit, & edito
sepulcro mausoleo ad legiam sancti sepulcri digna reuerentia collocauit. Obiit autem
quinto decimo Calendas Decembbris, videlicet intra Martinianam hebdomadam, vt Eccē Marti-
solennitatem Martini, quam h̄c iam agrotans celebrare cooperat, Martino iunctus ni solēnitas
in calo consummarer: præstante Domino Iesu Christo, qui viuit & regnat Deus per
omnia secula seculorum, Amen.

VITA S. HVGONIS LINCOLNIENSIS EPI-
SCOPI, EXCERPTA FERE A QVODAM, CVIVS NOMEN
latet, ex illis V. Libris, quos de beatissimi huius viri vita scripsit Anonymus
quidam, qui aliquot annis cum eo vixit familiariter. Nos stylum,
vbi visum fuit, nonnihil corremus.

SANCTVS Hugo è Burgundia prouincia, claris natali-
bus ortus est. Pater eius miles strenuus erat secundum se. Capi.
culi honestatem, & timens Deum, contentus stipendijs
suis: isque iam vxoris solatio destitutus, Hugonem anno-
S. Hugo ad-
rum ferè octo puerum militie tradidit spirituali, vt non modūm pu-
er degit in
ab adolescentia, sed ab ipsa infantiā iugum Domini por-
tare consueceret. Non longè enim à castro eius monaste-
rium erat canonicorum regularium, quod semper affectu
coluit, ibique filium obtulit perpetuò Deo seruiturum.
Suscepimus est Hugo, tyro Christi nouellus, moxque ei se-
nior quidam religione celeberrimus deputatur, vt rudi-
mentis literarum instruatus, paulatim ad altiora condescendat. Iocandi ludendiisque
facultas omnia ei interdicuntur, & vt pueriles annos morum gravitate transcedunt,
admonetur. Aiebat illi senior: Hugo, ego te Christo nutrio: iocari non est tuum.
Proficit interea puer ingeniosus, & super quām facile dici queat, spiritu sapientiae &
intellectus repletus, ministrans velut alter Samuel coram Domino, gratus Deo, & Rega.
charus hominibus. Erat ei ex toto voluntas in lege Domini, in qua meditabatur die
ac nocte. Porro eius pater, bono spiritu permotus, seculo valefecit, & cum filio in
eodem monasterio, quād vixit, Domino fideliter seruuit. Capi.
Pater eius
vivit in mo-
nasterio eodem.
Cum autem Hugo no-
numdecimum aetatis annum attigisset, petentibus instanter fratribus, Leuita ordi-
natus est. In quo gradu cū mirabiliter cunctis placueret, statim ad altiora coactus
scandit. Iniungitur ei cuiusdam parochiae administratio: qua adeò perfecte functus
est, vt simili omnes dicerent, magnā eum prudentiae & sanctitatis virum fore.

Post hac, cū Dominus eum ad altioris vitae obseruantiam vocare velleret, contigit Cap.a.
vt cum Prior suo, pro more deuotionis gratia Carthusiam adeunte, pariter & ipse
veniret. Ingressus autem locum, statim illius spiritualis conquerationis tantum fuo
in pectore sensit accensum amorem, vt nulla ratione tanti in cendij flamam cohi-
bere posset. Mox instat secretius, pulsat precibus fratres singulos, vt ad suam socie-
tatem admittere ipsum nō recusent. Animaduerens autem Prior eius adolescentis
animum immutatum, lachrymis infusus, ait: O fili charissime, scio vtique, scio, me
in grande malum meum, & irrecuperabile ecclesiæ meæ damnum, Carthusiam te
adduxisse. Reversus inde in dominum suam, vniuersis filiis, & præcipue patri eius con-
cepiam cordis mœstiam cum imploratione remedij parefecit. Acurrunt omnes,
selestantur diligenter, & quod latebat in arcano, prodibat in publicum. Quid mul-
ta? Cum infinita instantia tantum iuuenis animum molefant, vt iuramento in-
terposito, promitteret se nequaquam eos deserturum. Verum qua tun perplexitate
& quibus scrupulis fluctuabit Hugo conscientia, facile quivis apud se potest ani-
maduertere. Vndique angustia, vtrobiisque timor. Sollicitauit eū spiritus arctiori di-
sciplina culmen perfectionis appetere: sed terruit cursus votum iuramento vallatum,
Si enim postquam manum miserat ad aratum Carthusiani propositi, respiceret re-
tro, timuit se aptum non fore regno Dei.

His bigis cū aliquanto tempore, permittente Deo, egregie agitatus fuisset, & iam Cap.3.
Nn 4 tanti

TRIUS

RVIII

5